

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

10. Unde Completorium.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

amptum) cantatur vel recitatur in Vesperis multis de causis, v. g. quia sub Vesperum B. V. pervenit in domum Elisabeth, & salutans ac salutata canticum hoc statim afflante Spiritu S. profundit. Item ut animos fidelium frequentiores Dominicæ Incarnationis memoria ad affectum devotionis accendat, & recogitata saepius exempla B. M. V. in virtutum soliditate nos confirmant præsertim sub Vesperum, atque ita incumbente quietis tempore mens fatigata ad unum se lux considerationis recolligat.

#### 10. Unde Completorium.

**V**Ox Completorium reperitur in Reg. S. Benedicti c. 24. *Completam* vocat Isidorus, vel quia in ea completur quotidianus usus cibi, potius, laboris, colloquii apud Regulares, vel quia officium divinum, ipsaque dies eâ horâ compleatur. Dum Cyprianus dicit lib. 1. de orat. Recedente sole ac discedente necessariò rursus orandum est. Suarez notat verbo *recedente* Vespertas; in *to discedente* Completorium designari.

#### Eius partes explicantur.

**L**editio brevis *Frates sobrii esto*, ortum ab initio Completorii à lectione habuit, ad quam horâ Completer. conveniebant Monachi, ut supra ad *Primam* dictum. *Confessio* aptè subiungitur. Ut, quidquid in die commisimus, diluamus, & Confessione peccatorum mundemur. Quatuor Psalmi merentur ob contenta

## Pars tertia

130

in iis devotè recitari. Inter cætera in primo  
Psalmo *Cum invocarem*, quietem poscimus per  
verba *In pace in id ipsum dormiam & requiescam*.  
In secundo *In te Domine speravi*, per ultimum  
versum *In manus tuas optamus in & cum Christo mori*. In tertio *Qui habitat*, & quarto  
*Ecce nunc*, contra tentationes nocturnas arma-  
musr. In hymno *Tel lucis ante terminum* peti-  
mus victoriam de nocturnis illusionibus. *Ca-  
pitulum exhortationem sonat*, quâ semper ege-  
mus. *Reffensorio brevi* quasi signaculo divinæ  
nos custodiæ sigillamus ut pupillam oculi. Et  
quia Completorium est commendatio animæ  
quasi migrantis è corpore per somnum; ideo  
*Canticum Simeonis* additur; quo pacem & lu-  
cem optamus à Deo. Subiectimus preces ad  
nos coram Deo debitè humiliando cum ora-  
tione Dominica, & Symbolo fidei ad mun-  
imentum contra hostes nocturnos. In quem fi-  
nem solemnis religionis cultu imploratur quo-  
que auxilium benedictæ Matris Redemptoris  
nostrí JESU. Demum in fine adhuc dicitur  
*Oratio Dominica*, *salutatio Angelica*, & Sym-  
bolum Apostolorum, quia iisdem ritibus  
finiendum est totum officium, qui-  
bus est inceptum.



G. 3115